



pugnandum nobis aduersum hostes nostros inuisibiles. Sed orationibus;
 & uerbis domini meditationibus & operibus ac sensibus rectis.
 Sic enim armabantur & patres fide & operibus; uincentes
 uide demique quia sic scriptum est de eis, crediderunt in quid
 deo & in moysi famulo eius. & tunc cantauit moyses ^{et filii} cantica cum
 hoc ^{dixit} ~~erit~~ ^{mus} domino gloriosus. e enim honorificatus est.
 Ita ergo & nos dominum in ihm fide plena & opere perfecta in desinen
 ter porationem meditationem uerbi diuini intellegentia
 spiritalem colentes. & his omnibus uelut armis diuinitati
 stemus aduersum astutias diabuli inuocantes dominum ad iu
 torem nostrum in xpo ihu domino nostro cui est gloria & imperium
 in saecula saeculorum amen. **EXPLICIT OMELIA XVI.**

INCIPIT OMELIA XVII.

Sicut umbrae & ex emplari deseruiunt caelestium huius qui legem
 suscipiunt quae est illius uere legis umbra. Ita exemplar & umbra
 consequenter sunt diuisiones caelestis huius in iudea heredi
 tatem diuidunt terrae. Erat ergo in caelis ueritas umbra uero
 & exemplar ueritatis in terris. & donec umbra haec constabat
 in terris. erat hierusalem terrestris erat templum erat altare
 & erat uisibilis cultus. erant pontifices & sacerdotes constabant
 & iam ciuitates & in ciuitate & omnia haec quae nunc in libro
 hoc descripta esse recitantur. Cum uero in aduentu saluatoris
 domini in caelis discendens ueritas de terra ^{orta esset} & iustitia de caelo
 prospexit. umbrae & ex emplaria ceciderunt, cecidit enim
 hierusalem cecidit templum altare sublatum est. ut neque
 in monte garizim neque in hierusalem sit locus ubi oportet
 adorare. Sed ueni adoratores qui adorant patrem in spiritu
 & ueritate adorent. Sic ergo praesente ueritate ^{quod} typus &
 umbra cessauit. & cum ad esset templum illud per spiritum di